Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31267
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

tue N vt liberi laudem tuam proferre
possit absque sathane impedimento
per eundem qui venturus **Ad collum** Deus pater
omnipotens conditor celi et terre qui caput
corporis mediante collo iunxisti vt
misticam hanc designares vnionem
nostram tu caput ecclesie corpori ecclesie
mistico per verbum tuum adunasti
Concede propicius vt hec famula
tua N tibi vniatur et amodo
omnis obsidio malignorum spirituum
a collo et a corpore eius per tuam cle-
mentiam remoueatur / que per
tuam disposicionem tibi deputata
est in baptismate et non spiritibus
apostaticis quia dixisti per filium tuum
dominum nostrum iesum christum Nemo
potest duobus dominis seruire / fac ergo
vt que tibi deputata est ab alieno
non violetur dominio / sed ipso maligno
spiritu expulso te solum corde et
corpore habeat dominum sempiternum per d.
Ad pectus Domine iesu christe qui vna
cum patre et spiritu sancto qui ad memoriam